

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Specimen Inaugurale Medicum Animadversiones Febrium Intermittentium
Therapiam Concernentes Sistens**

Buetzovii: Typis Ioann. Gotth. Fritzii, [1777]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn885677870>

Druck Freier  Zugang



Universität Bützow
Med. Fak. 1777
Detharding/Meza de

Bützow 024



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn885677870/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn885677870/phys_0004)


DFG

Dig. med

SPECIMEN INAUGURALE MEDICUM
ANIMADVERSIONES

FEBRIUM INTERMITTENTIUM
THERAPIAM CONCERNENTES

S I S T E N S.



Q U O D
D I V I N O A U S P I C I O

I N

A C A D E M I A F R I D E R I C I A N A B U E T Z O V I E N S I
C O N S E N S U G R A T I O S A E F A C U L T A T I S M E D I C A E

P R A E S I D E

D O M I N O

G E O R G . C H R I S T O P H . D E T H A R D I N G I O

F A C U L T A T I S M E D I C A E S E N I O R E E T D E C A N O , E T
S E R E N I S S . D U C I S M E G A P O L . C O N S I L I A R I O A U L I C O

P R O G R A D U D O C T O R I S

R I T E O B T I N E N D O

A D D I E M J U N . A . M D C C L X X V I I .

H . L . Q . C .

P U B L I C O E R U D I T O R U M E X A M I N I

S U B M I T T I T

A U C T O R

J U S T U S Z A D I G D E M E Ž A

H A F N I E N S I S

S O C I E T A T I M E D I C A E H A F N I E N S I A B A D I U N C T I S .

B U E T Z O V I I

T Y P I S I O A N N . G O T T H . F R I T Z H , S E R E N . D V C . A V L . E T A C A D . T Y P O G R .

Inter omnes a te citatos autores et inter omnia a te in
medium prolati pharmaca nullorū medicis ^{negli} ^{erum} ^{negligi} ^{methodum} ^{negligi}
patrem tuum clari. Deprehendere miti licuit. Jam vero inter
Judaeos prisos et recentes suo splendore radiant R. Maimon
Meir Alabbi, autor maaser Tobia, Hirschel, Gerson, ut reliquias
taceam, qui multa egregia de febribus scripperant. Neque
ullus datur morbus pro quo e scriptis vestris medela
exquisitissima ^{hanc} facileme reperi licet. Unus instar omnium
sit R. Meir Aldani in libro Schwile aemuna. Concludo:
Q. in describendo febrium therapia solummodo prouocat ad
christianos medicos, contra vero Judaeos silentio praeterit,
ille non modo mancam fuisse diff. sed etiam Judaeos medicos
pro nihilo reputat. St. E. — sicut Formica

Dre trahit quodcumque potest atque addit acervo.
Q. afferit in Judaeorum scriptis nihil extare, quod ad therapiam febrium spectat, et ali-
cuius momenti est, ille ignorantiam summarum prodit. St. E. ^{HORAT.}
Habent Jane specifica optima, quae pro medicina uniusfali iure suo valere possunt.
Astroana ista tecum iam liberaliter communicabo, quibus adiutus Croesi
opus olim collecturus es.

1. Remedium specificum contra enormes motus febriles, qui circa exitum
Sabbathi, eo momento, quo alter stomachus ut nosti, abitum parat,
se se ferunt, est pyxis illa aromatibus repleta, quae naso admo-
ta omnes motus conuulsuos statim sedat.
2. Medicamentum specificum contra febres, immo contra omnes morbos
capitis, gutturis, ventris, ossium est studium legis, prouti dicitur Pro. 18. 14.
רְבָה תֹּוֹרָה מְרַבָּה חִיִּים וְלֹכֶל בָּשָׂר מְפָא
3. Medicamen specificum est Nominis mutatione. Nam hac cautela angulus
Senuriel, qui febribus praefidet, egregie eluditur, qui si Samuelis fe-
brem continua vult, ob nominis illius mutationem in errorem in-
ducitur, & in persona errat, et a malo ipsis intentato abstinere cogitur.

V I R O
DOCTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO
D O M I N O
SALOMONI THEOPHILO
DE MEZA

MEDICINAE DOCTORI, PRACTICO HAFNIENSI,
ET MEDICAE SOCIETATIS HAFNIENSIS
MEMBRO ORDINARIO
PATRI, PRAECEPTORI ET MANU-
DUCTORI SUO
IN UTRISQUE MEDICINAE PARTIBUS.
NUNQUAM SATIS COLENDO

EA, QUA PAR EST, OBEDIENTIA
HANC
INAUGURALEM DISSERTATIONEM
D. D. D.
JUSTUS ZADIG DE MEZA.

Benevolam tuam invitationem lubens arripio, non
aut libenter difficta- quod munus Protectoris humeris meis imponi sim passus
tionem oppugnam, cuius sed quod animus in te meus id officii genus a me
arguantum non intellego postulare videbatur. Cum doctis quibusdam Germaniae
ne intelleges passus et Hungariae Iudeis ex hisce subcelliis olim arma con-
tuli, sed tu primus es e Iudeis Lusitanis oriundus,
cuius blandos mores, et doctrinam haud vulgarem,
praeceps autem linguarum occidentalium peritiam
probe perspexi, contra quem tela mea vibrandi
data mihi hodie est occasio peropportuna. Quo-
niam autem rara avis in terris nostris es, non
mirum tibi videbitur, si cauere velim, ne hinc auoles.
Quem in finem en tibi laqueos expansos, in quibus ne
ipse irretiar, studiose diligenterque prouidebo, operam
dabo, ut quemadmodum Lusitani olim atavos tuos
e patriis sedibus expulerunt, te quoque e tuis
propugnaculis pro virili expellam. Sed nihil
inde tibi est pertimescendum. Ne enim, crede mihi,
habebis hostem quasi pictum, saltem humanissimum,
modo dubiola mea benigne exceperis.



PROOEMIUM.



uicunque in foro medico famam laudemque aucupari sustinet, vix alia ratione facilius eam consequi posse deprehendimus, quam talia offerendo, quæ nuper inventa, neque ab aliis æque tradita sunt, aut ad minimum perhibeantur. Sordent etenim, alia inter, vulgo recensiones morborum sæpius observatorum, e contra, qui novum morbum, inauditum casum, vel inusitatum hucusque remedium, licet nonnunquam de veritate rei haud immerito dubitari posit, in medium profert, vel solo titulo sibi haud raro applausum conciliare studet. Quando e contra quotidianæ Medicinæ praxi plus conducere videtur, si jam inventa, etiam circa morbos frequenter obvios di-

A 3

ligen-

ligenter conquiruntur, & animadversionibus confirmantur, quam si curioso novitatis studio jam prolixa artis pomœria in immensum amplificantur. Hæc mecum reputans, Disputationem inauguralement conscripturus, Februm intermittentum Therapiam pertractandam in animum induxi, quam non æque ubique tutam certamve esse, variam e contra, incertamque sèpissime, duce Patre quam maxime devenerando, cujus lateri praxin excentris clinicam, per Lustrum & ultra firmissime adhærens, didici. Misfis autem morbi, cum apyrexia ejus satis notissimi, descriptione, nec non causarum sive remotarum, sive proximarum doctrina utpote hypothesibus innixa, satis adhuc amplum, in quo oratio posit expatiari mea, sola dabit Therapia campum. Ut brevior autem sim, absque obscuritate tamen, in adducendis Scriptorum locis, capitibus, sectionibus aut paginis parum exactus fui, cum utplurimum ipsissima eorum Verba, proposito inservientia vix aut ne vix mutata afferam.

Attente quidem perlegi diff. tuam sed de meo sensu si iudicem, post finitam eius relectionem, me nihil profecisse, libere profiteor, quod tamen non mea sed tua culpa mihi evenerit. Iouem ^{exaudiens iugo} solitus sum loca auctorem allegata  ipse evoluere, sed viam mihi interclusisti, ne ipse oculis meis videre possim, utrum recte aut perperam citaueris mentemque auctorum recte affequatus fueris. Citasti enim auctorem tam vage et negligenter, ut nec paginam reddas. I. editionem, nec denique librorum titulos nominaueris, ut sane oedipo opus sit, et labore plus quam herculeo vatur, qui loca citata conferre et diuidicare velit, num recte aut falso sint prolatæ. Quae quem ita sint, vix effugere poteris, quin sub censuram voceris. Hinc ita concludo:



§. I.

Ut ab Indicationibus generalibus ordiamur, respiciendum esse puto præsertim ad duas medendi methodos, quarum una est symptomatica, seu palliativa, altera curatoria. Palliativa versatur in mitigandis Symptomaticis, a Miasmate febrili producendis ne Aeger vi succumbat morbi, curatoria causam morbi tollere, tandem accessus & periodos febriles impedire tentat. Prior instituitur in ipso Paroxysmo & triplex quidem est pro triplici stadio singulos paroxysmos constitente, frigoris sc. Caloris & Sudoris. Altera extra paroxysmum & tempore inter accessus medio: utrique scopo valent & externa & interna auxilia, ut de amuletis taceam.

§. II.

Statim autem ac aeger frigore febrili corripitur, lecto committendus, & stragulis probe tegendus, non opprimendus; apud Schenckium legitur: *non paucos Juvenes, atque robustos, in tertiane simplicis & exquisitæ accessione, trium horarum spatio, nimio vestium operimento extinctos fuisse.*

*L. parum exactus est in allegandis auctororum locis. s. III.
ille non modo lectorum commoto, ^{nullo modo suetis} sed etiam sublettac pudi
est, eamque ob caussam in gravem censuram incurrit. A.E.*

*L. in citandis scriptorum locis tam vase negligenterque
versari potest, eum quoque in scribendis receptis hunc
morem seruare posse, et seruaturum esse, maxime est suspiritus A.E.*



§. III.

In hoc stadio, ex communi Medicorum sententia V. S. semper nocet: ad huncque frigoris statum referri vult Pringle
 1) Celsi effatum, in ipso impetu febris sc. Sanguinem mittere est hominem jugulare. De sanguinis missione vero in calore seu altero stadio, multum disputatur inter scriptores medicos, laudatur ab his, culpatur ab illis, eamque s^apē necessariam esse, quamvis febribus intermittentibus, harumque causis non medeatur, motus tantum modo inordinatos frānans. Hinc non inepte Boerhauius, V. S. nocere per se semper, prodesse alias casu tantum. A nimia sanguinis cōpia detracta febrim non tantum non tolli, sed plerumque pejorem atquē diuturniorem fieri, uno clinici clamant ore. Eo prætermodum imminuto, sublatus fertur Hispaniarum Princeps. 2)

§. IV.

Inevitabilis tamen censetur in plethorics valde, in quibus pulsus fortis & durus majorem indicat circulationem & inflammationem internam: quæ & aliquando ter vel quater repetenda, idque præcipue, si Apyrexia imperfectior, ita nempe, ut finito paroxysmo, pulsus naturali sit celerior & potius continuæ sit æmula, enim tum maxime necessarias V. S. repetitas observarunt Senac & C. Medicus, in Epidemias, quarum intermittentes, paroxysmis protractis, adeo pertinaciter continuas æmulabantur, ut posterior quater, prior autem quinques aut etiam sexies detrahere sanguinem coactus fuerit, priusquam febris impetus mitigaretur. 3) Requiritur quoque, ubi sanguinis evacuationes consuetæ vel hæmorrhagiaz suppressæ; inde & in gravidis. In hisce enim duas ob causas præcipue utilis: primo, ob evacuationem mensium suppressam: secundo, ob circulationem per viscera

1) *Observations on Diseases of the Army.*

2) SENAC *de recondita febrium natura.*

3) Krzowitz *Histor. febr. intermitt.*



9

viscera abdominalia impeditum: nec a V. S. iisdem in pede celebrata metuit *Hoffmannus*, abortus periculum, immo & lactantibus olim hoc tempore, mensibus fluentibus, jam vero præter morem subsistentibus sanguinem detrahere jubet *Maday* 1). Hæmorrhoidibus obnoxii optime habentur ab hoc fluxu restituto vel hirudinibus applicatis.

§. V.

Omissa phlebotomia ubi indicata, intermittentem in continuam verti, vel saltem specifico non cedere fertur. Patet igitur evidentissime, quod quamvis ex communi recentiorum sententia, phlebotomia per se non aptum sit remedium in febribus periodicis, cum de foco febrili, qui extra vasa sanguiflua locum habet, nihil detrahatur, eam tamen interdum quam maxime conducere, quatenus obviam ire posit multis symptomatibus ac periculis, quæ in corpore præsertim plethorico, nimiam effervescentiam subsequi possunt, inflammationes nempe, & vasorum disruptiones, ut habet *Ramazzini* 2). Demum & cum *Haenio* 3) statuendum, si V. S. febries non tollit insultus, eam aliis remedii viam sternere, impedimenta removere, adeo præcipue necessariam esse in plethora, majori motu &c.

§. VI.

Majorem utilitatem contingit non raro videre, ex sanguinis missione, practicis, in harum febrium curatione. *Senac* vidit, tæpissime febres duplices tertianas unica V. S., in tertianas simplices abiisse. Immo & febrim ad unicam sæpe VSneM absque omni alio remedio siluisse, & legi & ipse vidi, ubi sc. Evacuatio hæc consueta neglecta ansam morbo dedit. Hic ergo chirurgi gladiolus, ut more Sydenhamiano loquar, eodem ita quo venam pertundit, ipsam etiam febrim confudit.

1) Id. ibid. *Negroto male omnino consulit*, qui §. VII. *cum, quoniam ritus solenne praestet, ad pedibus insipidum compellit.*
 2) *Opera medica.*
 3) *Rat. medend. Th. XI.*

2. Semper per se nocere 8. III.)

2. affert, Vidui Solemne 1, in pede celebrari posse, 3, febries non tollere insultus, ille placitus judaeorum contradicit. A. E.
Roff. V. S. denotat Venae Letio. ... Per me licet. Attemen nunquam audiui, Venaeletio non in pede celebrari. Celebramus quidem nuptias in pede, h. e. saltatione non autem venaeletios in pede celebramus, sed in stipitum, peragimus. Sed hoc sicut ex abbreviatur. Ut eas in receptis seu festem cunctis et fugias, hoc tibi sum. Et abbreviatur ad lectorem in errorem, conuicendum, vitetur, ille taxandus est. A. E.



§. VII.

Extra paroxysmum quoque, seu apyrexias die V. S. institui potest, ubi calor non adeo molestus, nec symptomata admodum gravia, sed tamen plethora eandem poscit. In delirio & affectibus soporofis vesicantia convenient ad suras, quibus diutius continuatis, præter stimulum, quo totum mutatur systema nervosum, multum de fomite febrili expellitur, hinc intelligi posse videtur, quomodo quartanam pertinacem ab ustione crurum, aquæ calidæ ope, non prævisa, paulo ante accessionem contingente sanatam viderit *Coliny* referente *Krzowitz*: nisi forte a terrore inducto deducere velis, quo sæpiissime febres curari, postea dicetur.

§. VIII.

Indicationem palliativam externam sequitur interna, quæ per diluentia aquosa, acidiuscula refrigerantia perficitur, ut calor febrilis temperetur. Huic scopo inferiunt theae infusum cum paoco vino rhenano, zythogala, vel panis infusum cum succo citri & saccharo, decoctum avenaceum cum rob ribesiorum, aliorumque fructuum, nitrosa, emulsiones antiphlogisticæ, pro re nata. Sitis potius acidis lenioribus, frigoris tempore præcipue, fallenda quam copioso potu; stomachus enim aliter nimio distenditur fluido & anxietas augetur. Frigida parvis haustis epota non tantum innocens, æstivis saltem temporibus, in calore febrili, sed calidæ præferenda, censit *Cleghorn* 1). Hac, ut obiter notem, absque ullo alio alimento præter panem, affatim hausta per dies aliquot, curatas refert jam sæpius laudatus *Senac* tertianas omnibus aliis remediis resistentes. Vidiq[ue] ultima epidemia vernali, tertianam recidivantem ter aut quater, hac methodo demum in centurione sanatam.

§. IX.

In sudore, seu ultimo stadio materia febrilis critice expellenda ope infusorum amarorum, e. gr. florum chamomillæ, theæ adin-

1) *Observ. on the epidemic. Diseases in Minorca.*

ad instar epotorum. Indusii mutatio sub hoc sudore critico laudatur a *Ramazzini*, *Cleghorn*, *de Gorter*, *Wallefio*, damnatur vero a *Rosenstein*: humida indusia tota, sudorem non amplius imbibere valere, darique sic ansem resorbtioni miasmatis morbos in sanguinis massam, e contra sicca exessivum sudorem minuere, ut citius ægri inde convalescant, afferunt laudatores, metuuntque enim magis a corporis munditie neglecta, in longiore saltem morbo, ne inde putrescentia augeatur. Damnantibus autem videtur inde corpus refrigerari, perque hujus denuo dationem febres anomalas & malignas excitatum iri. Indusia probe calefacta, & leæti syndonum cauta mutatio manuum facie subinde tepida lavatio ægris multum placuisse, conduxisse, non tantum in hoc sudore, sed etiam in ipsis variolis, suppurationis tempore, experientia iterata me docuit.

§. X.

Paroxysmo superato ad diætam, exercitium, somnum, aërem, in quo versatur aeger, animi pathemata, præcipue spectandum: hoc enim tempore cibus dandus, ut vires sustineantur ad alios forsan accessus ferendos, quamvis ea ingerenda, quæ novæ accessioni obicem ponant, quæque febri gignendæ opposita sint. Vitanda igitur alimenta non facile subigenda, nec in nostram naturam commode mutanda: hujus commatis habentur pinguia nimis, sale & sumo induratæ carnes, olera, leguminæ, uti pisa & fabæ, nec non laeticinia & farinacea, non fermentata, ova indurata, piscesque moliores & viscosiores. Præsunt vero panis bene fermentatus, non recens, bis coctus, & quæ ex eo parantur esculenta, omnes carnes bonæ notæ, avium moliores pisces duriores consistentia ut perca fluviatilis, &c. fructus horæi siccati, cocti; vinum tenue pro potu valet; cerevisia e contra damnatur tenuis & alba præsertim. Brunna autem cum pane, aromate leniter acvata, probeque cocta, alimento minius solidum præbet haud insalubre nec contemnen-



dum asfuetis. Cavendum tamen, ne cibi quamvis facilioris digestionis nimia exhibeantur copia, nec dentur novo instante paroxysmo, inde enim morbus ingrauescit, & remissus quidem novis insurgit viribus & recidivæ in prorsus jam curatis excitantur.

§. XI.

Abstinentiam ab omnibus alimentis imperabant veteres, ne morbus juxta ac vita, uti autumabant, ab illis nutriantur. *Heraclides Tarentinus*, *Celso* teste, abstinendum in septimum diem dixit: moderatius vero *Celsus* aquam calidam tantum concedebat, nec sine ratione, dum a rigorosiore abstinentia vita periclitari posset: de quo non desunt exempla apud scriptores medicos; sic refert *Tulpius*: se vidisse longam inediā pluribus quartanariis perniciosem fuisse 1) pariter & *Swietenius* vidit aliquoties tentatum fuisse, quartanam fugare, severa abstinentia & media, sed semper malo successu.

§. XII.

Tempore integratatis, corpus moderate exercendum, quo ingestorum assimilatio, excernendorum per alvum, urinam & transpirationem expurgatio rite procedant. Moderata corporis exercitia, inquit van *Swieten*, tempore intercalari optime prosunt. *Celsus* in quartanarum cura jusfit ægros die postero, cum satis quievissent, ambulare, exerceri, ungi, fortiter perfriari; imo operam esse dandam, ut in ipsam exercitationem paroxysmi tempus incurrat, sic enim sæpe illum discutit dicit, quin & observationes dantur certissimæ, sæpe sola fortioris corporis, cursu, saltu, equitatione ad sudorem usque, exercitatione, vel apyrexias tempore, vel parum ante paroxysmum instituta, intermittentes expugnatas fuisse.

§. XIII.

1) *Observat. Lib. III.*

§. XIII.

Somnus quem natura tempore apyreto incitat, quo corpus a febre debilitatum, blanda refocilletur quiete, longior concedendus: qui præcipue capiendus in alio cubiculo: alioque lecto si possibile, ubi aër purior, tepidus tamen, ut corporis refrigeratio præpediatur, imprimis cum habitus cutis laxior & patientior a sudoribus sub finem accessum obortis sit, & perspiratio libera servetur.

§. XIV.

Quantum valeat aëris purus ad curandas febres, vel exinde patere puto, quod intermittentes quam maxime endemæ sunt in solo humido. Hinc etiam intelligere licet, cur autumnales vernalibus pertinaciores, quia autumno tempestas ut plurimum admodum humida, inde *Sydenham* aëris mutationem pro febribus refractariis curandis suadet, per commigrationem præsertim in calidiorum aliquam regionem, sive per mutationem saltem loci in quo primum morbus ortus fuit. Mirum sane esse assertum quantum valeat hæc aëris mutatio ad morbum hunc prorsus abigendum, tandem *Hoffmannus* & *Huxhamus* utilitatem cœli mutationis in quartanis curandis depredicarunt.

§. XV.

Animi affectus sint moderati, ex latioribus potius quam e tristioribus, ab hisce ultimis enim lensor humoribus inducitur & febrium fomes fovetur. Dari vero quædam animi pathemata, maxima vi in profigandis febribus pollutia, exemplis testantur authores. Præcipua vero sunt subitus terror, potens ira, amor ardens, ac hilaritas vel ingens animi contentio. De quartanario in flumen ex improviso detruso curato legitur apud *Schenckium*. De se ipso puero adhuc, terrore incusso ab empirico, & a febri sanato sequentem refert historiam *Sagar* 1) „dum plura incassum

B 3

febrem

1) *Systema morborum symptomaticum.*



febrem tertianam tentaverant, tum accessit me sartor hungarus, qui mihi jurato promiserat, febrem meam cras a se fugandam: Ego his auditis cepi sperare sanitatem, totus jam exhaustus & prostratus viribus, sequenti die, febris nempe die, accepit hic medicus fideliam figulinam ad minus octo mensurarum una mecum ad scaturiginem bis mille circiter passibus a meo habitaculo distantem, replevit fideliam aqua scaturiente gelida; mense augusto hæc aëta sunt: & expectabat initium febris, quo observato, imposuit fideliam humeris meis, meque titubantem sub hoc onere infecutus crudelis medicus minis & verberibus ad cursum coëgit; unde miser ego videns serio hoc fieri, collectis ultimis viribus, cucurri sub hac fidelia habitaculum usque meum; & medicus pressis vestigiis me insequens, ubi atrium attigisset, humeris meis insidentem fideliam fortissime baculo percutiens fregit: hinc ergo ex cursu sudore humidus totus terrefactus fui, & aqua undique ruente perfusus, & revera ridicula hæc medicina febre & diarrhoea febricosa me liberavit., Prudenter vero monet Krzowitz, quod omnia in medium allata intermittentium fugatarum exempla, licet feliciter cesserint, nemini auctor simus, ut eadem imitetur, cum nullus animi affectuum tanta, quanta terror, mala post se trahat, & adducit ex innumeris casibus, quibus id ostendi potest, unicum, quo patet, foeminam febri laborantem, dum situlam aqua frigida repletam, in ipsam, ut a molestissimo morbo liberaret, effundebat maritus uno impetu, ut hoc facto pavorem incuteret, simul animam efflasse.

S. XVI.

Præterea tempore inter paroxysmos medio, annitendum, ut febrium reditus præpediatur, dum materiam febrilem corrigit, evacuamus, specificeque oppugnamus, nervisque robur inducimus. Evacuantia sunt emetica, cathartica, sudorifera; corrigentia varia admodum existunt, amara puta, salina, mercurialia: specificorum optimum datur in universa medicina, peruanus sc. cortex.

S. XVII.

§. XVII.

Emetica igitur egregie quam s̄epissime prosunt, vidique multoties ab uno emetico apyrexias die, vel aliquot horis ante accessum futurum, jejuno ventriculo, propinato, morbum omnino depulsum; & *Foreſtus* 1) huic remedio tantam tribuit vim, modo recte instituto, ut multos hoc unico præſidio convaluisse afferat. *Galenus* plurimos solo vomitu perſecte curatos ſcribit. Unico vomitorio vel purgante febrem intermittentem plus ſimplice vice fugatam vidiſt *Ant. Stoerck* 2), aut adeo imminutam, ut inſequens paroxysmus absque moleſtia ab ægris potuerit perferri, quin *Senac* 3) adeo efficacem eſſe emeticum medicamentum credit, ut eo ſæpius veluti uno ieiū tollantur febres. Si vero ſuperftites ſint, imminuitur earum viſ: addens id ſummi eſſe momenti, dum aliis remediis vix conceditur locus. Authoritate demum ſi opus eſſet, plurimorum medicorum conſirmare poſſemus, quod prætermiſſo emetico, ubi indicatur, rebelles omnino fieri febres, & diurnas. In ſumma plethora, & ſi facies impene rubet V. S. ante emeſin iſtituenda.

§. XVIII.

Emeſis autem indicatur, dum primæ viæ ſaburra ſcatent, quod dignoſcendum ex lingua fordinata & ſqualida, halitu foetente & ſapore naufeoſo, vertigine, nauſea, accessionem præcedentibus, necque proſunt tantum emetica, dum fordes & bilem evacuant, fed dum totum ſystema primarum viarum movent, ner vorum obſtructiones reſerant, aliisque remediis febrifugis tu tam & certam parant viam.


§. XIX.

Circa tempus emetici exhibendi, diſſentient quidem medi ci,

1) *Haen mat. med. P. XI.*

2) *Annus medicus.*

3) *De recond. febr. natura.*



ci, sicut enim, qui emeticum mox post paroxysmum finitum potius exhibendum putant, intra quos præcipuus est *Rosenstein*. Ante paroxysmi insultum commendant *Sydenham*, de *Haen*, qui ait hoc votorum pluralitate fieri. Materia febrilis, tunc temporis magis accumulata habetur, ut testantur vomitus spontanei hoc stadio oborti. Emeticorum usus statim a paroxysmo, non sine causa proscribitur, ob defatigationem quæ vomitus excipit, cum cæteroquin jam satis a febri defatigatus erit æger, ideo monitum haud contemnendum certo est, ut conemur emetico, uti mos prævaluit, ante paroxysmum dato, ejusdem operatio finita sit ante novam accessionem.

§. XX.

Vomitus spontaneus accessionis tempore obortus, optime tepida & minori cum molestia cietur; dum sic commodius eluitur, quidquid ventriculo molestum. Oxymell squilliticum optimæ, additur tepidæ. *Celsus* aqua subsalsa hunc provocabat vomitum: *Thomson* ¹⁾ vero in illo paroxysmi stadio emeticum dabant, haud satis opportune ut opinor, hoc enim vomitu nihil de materia febrili minuitur, etenim nullum extat exemplum febris sanatae vomitu spontaneo, qui frigoris tempore ab irritatione & spasmatica constrictione, non autem a colluvie seu febris materiali causa oritur.

§. XXI.

Vomitus ergo arte promovendus, ut primarum viarum sa-
burra evacuetur extra vel ante paroxysmum: commode sol-
licitatur paucis granis X. XV. sc. radicis hipecacuanhae, quæ a
quibusdam tartaro emetico præfertur, quia in hac pariter inest
roborandi vis, in hoc vero debilitandi potius. Hac præterea
certius subvertitur ventriculus, hoc subinde intestina moven-
tur, nec inde tanta consequitur utilitas, teste *Senac* in aureo suo
de febrium recondita natura, tractatu. Cæterum solutioni tar-
tari

¹⁾ *Krzowitz hist. febr. int.*

tari emetici ad tria vel quatuor grana aquosæ, cochleatim exhibitæ sua non deneganda laus. Cujus usus nec quidem in pueris nec in ipsis gravidis 1) ut sæpius habui observandi occasionem, formidandus ob refractas & parvas admodum doses. A justa dosi vini antimoniat, trihorio ante tertium paroxysmum expectatum propinata, febrim tertianam curatam novit *Allen*, 2) multas tertianas depulsas *Morton*, qui alt, sibi persuasum esse, in antimonio particulas aliquas latitare, quæ mereantur in classe febrifugorum proximum cortici peruviano locum. 3)

XXII.

Est vero, ubi per absentiam signorum (§. XVIII.) enarratorum vomitorio locus denegatur, sed e contra borborygmi, ventris inflatio, lumborumque dolor adsunt, quæ potius purgantium usum indicant, eaque die prorsus a paroxysmo vacuo sumenda. Quæ a lenioribus melius quam e drasticis desumuntur; satis enim est febri affligi, nec simul operantis pharmaci vehementioris molestia torqueri.

§. XXIII.

Sudor singulis paroxysmorum plus minusve copiosus fænem imponens, ideam præbuit medicis, ut & hac methodo tentarent febres curare intermittentes, primis viis præsertim a colluvie depuratis omni. Memoratu dignum est inquit *Tralles* 4) in fragmento, quod de ægyptiaca praxi ad græcos delata conservavit *Aëtius*, verba legi, febrentem ægrum perundum vestibus obtegendum esse, ut moveatur sudor, salutis optimum indicium, febrimque deinde cessaturam, ita jam ante *Hippocratem*

C methodo

1) Confer. *Annotationes meas in Quarini meth. med. febr.*

No. 13. ad P. 14.

2) *Synopsis univ. med. pract.*

3) *Krzowitz l.c.*

4) *Usus op. salubr. & nox. P. II.*



methodus sudorifera in intermittentibus curandis in usu fuit.
 Huic medendi rationi tantum tribuit Schacht 1) ut judicaverit,
 „vix aliquid certius tutiusque intermittentium paroxysmum præ-
 „cavere, quam si dato paulo ante eum sudorifero frigus infringas
 „febrile, quo & tota febris subigi observatur.,, Frigus & febris
 ait Boerhaavius, sudorifero tollitur sæpe, dum aliquot horis ante
 tempus cogniti paroxysmi futuri, liquido aperiente, diluente,
 leviter narcoticō repletur corpus ægri, dein una hora ante ma-
 lūm excitatur sudor & continuatur, donec binæ ultra tempus
 initii paroxysmi elapsæ sint horæ 2). In materia medica ad nu-
 merum hujus aphorismi talis formula sudoriferi antipyretici ra-
 ro fallentis habetur.

§. XXIV.

Fallit tamen & hæc methodus, prisco jam tempore a venera-
 bili vetustate coimmadata, nec a recentioribus neglecta, aliquan-
 do vidi semel vel bis vim febris fractam atque imminutam valde,
 integræ sublatam minime, idque in vernalibus: in autumnalibus
 enim inutilem omnino methodum reperiit & Pater, reperi &
 ego --- licet Sydenham afferat, diaphoretica largo sudore promo-
 to & que valere in utroque genere, indeque jubebat, ut in aegro
 in lectulo composito, & stragulis undequaque cooperto sudores
 provocarentur, sero lactis cerevisiato, cui salviae folia incocta fu-
 ere. Quatuor circiter horis ante paroxysmi adventum profuisse
 pluribus inquit de Haen hanc sudatorium methodum ultro fate-
 mur, sed & aut non profuisse sæpe, aut multis nocuisse, cum
 scriptores medici notarunt, tum sæpe vidimus. Prudentia igit-
 tur & judicio in ea adhibenda opus.

§. XXV.

Hanc methodum raro fallere tamen in tertianis, inquit
 Swietenius, imo & quandoque & quartanas sic curatas afferit. 3)
Vult

1) *Instit. med. pract.*

2) *Aphorism. d. cogn. & curand. morb.*

3) *Commentaria in Aphor. Boerhav. Vol. II.*

Vult vero *Senac*, hanc proficuam magis esse in initii, quam post longum febrium decursum, neque satis tutam putat in hepatis & aliorum viscerum læsione, in summa cachexia & virium imbecillitate, nec non in plethora & sanguinis orgasmo nimio. Proclivitas in sudores profusos, febris ex remittentium potius quam intermittentium genere, febris salutaris & homini necessaria ut s̄pē fit, usum sudoriferorum interdicit. In priori enim statu sanguis nimio privatur latice, obstrukciones relinquuntur nulla arte dein solvendæ; laxitas solidorum, ut & propensio ad sudorem naturalis magis augetur; in posteriori, febris facillime in continuam degenerare potest. Hac arte in comperto habet de *Haen* 1) homines sibi consivisse febres continuas ardentes, anomalas & malignas, ex *Bartholino* addens, consilium esse, quod & non paucis profuerit & nocuerit multis.

§. XXVI.

Diuretica dein laudant ad febrem abigendam *Torti* & *Krzowitz*. Verum enim vero, cum nullum afferant exemplum de febri per diuresin solam sanata, & cum plurimis remedii febrifugis vis insit urinas pellendi, aquosis nimirum omnibus, salinis &c. Diureticorum doctrina hoc in morbo in integrum libenter a me negligitur.

§. XXVII.

Materiam febrilem vero corrigunt, alterantque amaricantia præ cæteris, qualia sunt radix gentianæ, quam *Ettmuller* cortici peruano fere succedaneam in febribus statuit intermittentibus, & nonnulli præferre ausi sunt. 2) Tum radix contrayervæ, herba absinthii 3) cardui benedicti, summitates centaurii minoris,

C 2

de

1) *Rat. med. P. XI.*

2) *Krzowitz l. c.*

3) *Tertianam cortici non cedentem absynthio optime sublatum semel vidi. Conf. Appendicem, STRACKII observationibus de morbo cum Petechiis, a me additam in observ. III.*



de hisce vero credit *Senac*, quod summum excitent æstum, febrique non raro addant vires. Idem de gentiana opinatur, de insigniori, acriorive amaritie, quæ ipsi inest, hoc adducens. Quid vero sentiendum de remedio illo febrifugo inter plebem usitatis-simo, pipere nempe contuso in cerevisia ante paroxysmum ex-pectatum hausto? Ex eo intermittentem in continuam mutata-m vidi nuper in puerο quinquenni, jam vero bene se habente. Hisce & similibus sua tamen non deneganda vis antifebrilis in subjectis frigidioribus, laxo admodum habitu præditis, mucidos enim humores incident, potenter dissolvunt, & solidorum emen-dant atoniam.

§. XXVIII.

Laudantur præterea flores chamomillæ romanæ ex omni retro antiquitate, & *Galeni* jam tempore multum inclaruere, qui ipse ut & *Dioscorides* eos inter febrifuga retulit. *Morton* ait: sese vires horum florū æque felices ac certas in hoc morbo debellando expertum fuisse, ac ipsius corticis peruviani. Hisce adde cortices aurantiorum, quorum tantam esse efficaciam in domando febrili fermento, ut illos cortici peruviano pares facere quidam audeant. *Werlhof* binos ægros a quartana liberavit ope pulveris horum corticum ad dracham integrum omni bishorio in apyrexia exhibiti 1) -- *Stoerk* 2) mediante dictamno albo in tribus pueris tertianam sanavit.

§. XXIX.

Et ligno quasiæ demum quartanam superatam refertur; de eo optat *Aurivillius* 3) ut frequentissime in usum trahi pos-set, cum ad testimonium D. Archiatri & Equitis von *Linnè* & virtutis constantia & commodo usu cortici Kinakinæ longe anteponendum sit, at plura amara antipyretica subinde extitisse, non est quod dubitemus.

§. XXX.

- 1) *Comerc. lit. Nor.*
- 2) *Libr. d. flammula jovis.*
- 3) *Baldinger Syllog. select. opuscular.*

§. XXX.

Amaris, salia neutra, alcalina & terrea antacida præferunt nonnulli sc. Tartarum vitriolatum, arcanum duplicatum, sal marinum; hinc deduci potest, quomodo nonnunquam a muria halecum, & brasicæ falsæ intermittentes curantur, licet id ex appetitu automatico, quo ægrotantes erga varia edulia feruntur, quibusve non tantum a febre, sed ab aliis interdum liberantur morbis, explicare conentur alii. Sal polychrestum in quartanis præcipue magnis encomiis extollitur a *Boerhavio*; sal tartari a *Riverio* commendatur, conchæ sine igne præparata, testæ ovo-rum calcinatae in pulverem rediguntur per aliquot dies sumendas, donec febris desierit. Sed horum inefficacia in febribus profligandis experientia comprobatur quotidiana.

§. XXXI.

Si vero quid de salibus sperare licebit, certe de sale ammoniaco erit, ob insignem resolvendi, deobstruendique virtutem, qua pollet. Multa jam olim nobilitatum dosi ad drachmam & ultra, & ante aliquot paroxysmos repetita, *Muyſi* & aliorum & nostra experientia, inquit *Werlhof*, sæpe prodest 1). Sæpisime equidem ejus vis febrisuga adversus febres maxime contumaces innotuit: unde aliquando irritis aliis remediis, ad sal illud sive per se, sive cortici aliisve mixtum confugere coguntur medici.,, Sal „armoniacum est antifebrile maximum, chinachinæ amaritie sua „stiptica eidem juncta evadit apud me febrisugum a me excogitatum & expertum ait *Baglivius* 2).,, Specialius dicitur valere hoc sal in febribus intermittentibus refractariis a granis XV. scrupulo uno ad drachmam semissem, in tali dosi exhibuit aliquando Pater dilectissimus rustico sexies de die, cui per corticem nimis cito febri suppressa visus perierat, cum felici adeo eventu, ut visum recuperaret brevi & omnino sanus evaderet. Frigoris & caloris reciprocas accessiones enim quamvis minus

C 3

regu-

1) *Observat. de febrib.*2) *De fibra motrice.*



regulares, & post corticis usum & post visum amissum, subinde patiebatur: Bis de die propinavit *Casimir Medicus*, ad drachmam integrum, *Vogel* ad duas pro dosi 1). Flores salis ammoniaci optimum remedium contra febres intermittentes, censentur ab *Allen*; de eisque affirmat *Boerhavius*, se melius non novisse in calido haustu, una vel duabus horis ante paroxysmum; caute tamen cum eo mercandum, utpote sale acriori videtur, ob vim quam stomacho infert, copiose aut nimis diu usurpatum præser-
tim ab ægris sensibilioribus.

§. XXXII.

Ad salina referri possunt animalia, insecta quædam, sale suo essentiali potenter incidente prædita, uti sunt millepedes, araneæ, aranearumque telæ. „Hæc sola in pilulis convoluta febres ipsas quartanas, me teste, ait *Senac*, sustulit, aut per certum tempus earum avertit paroxysmos.“ Parva tamen omnino erat exhibita dosis: carere vero possumus similibus, ubi tutiora, & efficaciora habemus.

§. XXXIII.

Inter adstringentia autem quæ adversus febres commendantur, præcipua sunt radix tormentillæ, gallæ & nuces cupressi, acaciæ radix, alumen, quod crudum in summa putredine præscripsit *Medicus*, est enim antisepticum ex *Pringlii* sententia, & etiam solvente salina simul gaudet vi. *Mead* eo in febribus refractariis intermittentibus utitur, & a *Furstenau* cortici præponitur, ab aliis optime cortici jungi creditur. Quartanæ diurnæ alumine sublatæ exemplum habet *Chesneau*, parum usitata vero hæc sunt, & forsitan in casu peculiari interdum haud inutilia remedia.

§. XXXIV.

Nec silendum est de aloë, qua quidam utuntur, male vero, cum nullam habeant rationem ejus acrimoniarum, quibusdam temperamentis, calidis nempe & ad hæmorrhoides prædispositis

i) Sammlung und Beobachtung.

quam

quam maxime noxiā. Quid tandem censendum de nuce vomica, aliisve narcoticis, a Ludovico laudata? ad quam pertinere videtur faba sancti Ignatii, quæ non immerito tanquam venena damnant prudentiores & a foro medico prorsus excludenda. Ego ab hac ante paroxysmum data puero sex annos nato, convulsiones productas vidi, per emeticum statim sedatas. Quid de arsenico a quibusdam ut specifico febrifugo laudato? Remedium noxiū prædicat Stoerkius 1) ab eo igitur penitus abstinentia & cum Werlhofio dicendum, „valeant maligna pharmaca, & plena alex, quum & exploratas & securiores medelas, „quarum præbia quoad opus sit augere & continuare positis, benigna largiatur natura.“ Nulla etenim est arsenici in cura intermittentium necesitas, cuius parva dosis maximum inducere potest periculum, præsertim diutius usurpata, sæpiusque repetita: quales casus in Foresto & Stoerckio reperimus.

§. XXXV.

Fit vero interdum, ut pertinacia febrium ob viscerum obstructiones, aliis febrifugis mercurialia postulet addenda, quæ a Ludowigio præfertim commendantur, & olim specifice contra quartanas in prætio erant: immo nec salivationem inde excitatum pertimescebant, quamvis & ad tollendam febrim haud opus esse salivatione, sed absque hac, mercurii usu, illam superari posse, autument plerique. Si autem febris cum syphilitide comitatur, nullo tum alio antifebrili, quam mercurio solo opus esse, luculento probat exemplo Monro. 2) Cortici mercurium, in miasmate venereo affictis jungit Medicus, in verminosis, Pringle.

§. XXXVI.

Sulphur auratum antimoniī tertiarū præcipitationis, & mercurius dulcis cum extractis amaris in pilulas redacta a multis ma-

gnis

1) Ann. med. prim.

2) Medical Essay of a Society in Edinburg.



gni fiunt, nec non Plumerii pulvis alterans ex partibus anaticis utriusque diurno trituratione paratus, tertium sui generis constitutus medicamen; neque vomitum neque salivationem excitans.

§. XXXVII.

Sulphuri aurato duas inesse virtutes ait *Unzerus* ¹⁾ sc. excretiones necessarias inde excitari, motusque inordinatos compesci: Vomitum, catharsin & sudorem inde cieri nemo inficiabitur, asserit ergo, se quam plurimos absque cortice, unico hoc remedio a febri liberasse: idque tribus utplurimum praebiis granorum I. II. III. IV. V. VI. pro varia aetate; quarta dosi nunquam opus habuisse, hora ante invasionem datis, post quintam nempe accessionem incipiendo.

§. XXXVIII.

Hisce omnibus s̄epissime frustra exhibitis, & griseo nunc post multos accessus morbis chronicis febres sequentibus, nunc in accessu frigoris, nunc demum in ipso calore febribus & medio sublatis, innotuit tandem summi Numinis gratia Europaeis seculo decimo septimo divinus cortex: Remedium illud quo specificie, certo & tuto febris debellatur intermittens, quique recte somitem illius petit, modo quidem ignoto, nisi forsan nervos mutantando, dum nullas evacuationes sensibiles parit, nisi aliquando in quibusdam Idiognerasiis, alvinam, quæ vero magis obicem ponit ejus virtuti antipyreticæ, uti postea dicetur; nulla eidem vis alterans humores inest, quæ non in aliis sensibilior.

§. XXXIX.

Habuit hic cortex suos olim osores, & varie de ejus vi medica & noxia disputatum est, sed ducibus in italia *Torti*, in anglia *Morton*, *Sydenham*, *Plymouthii*, *Huxham*, inter arma, *Pringle*, in Minorca *Cleghorn*, vindobonæ *van Swieten*, de *Haen*, in gallia *Senac*, in germania *Tralles*, *Medicus*, *Werlhof*, apud *Bata-*

¹⁾ *Hamburg. Magaz.*

Batavos *Boerhawe*, hodie ulnis apertis, ab omnibus probis, quibus humana salus cordi est, amplectitur. Decumana enim experientia constitit, nullam eidem vim inesse noxiā, modo rite administretur, e contra huic soli plurimos vitam debere, quod utinam! de aliis tam certe affirmari posset medicaminibus.

§. XL.

Inter hos, qui præ cæteris vim corticis specificam argunt, censendum, quod ab omni evacuatione, sive tempore usus sive paulo post instituta, illa quam maxime castretur: inde observatum quod expeditius operetur, si ægri e lecto quotidie surgunt, quam eidem affixi maneant jugiter, dum hujus tempore sudor excitatur, quo vis specifica nimis diffatur. Si in quibusdam diarrhoea ab ejus usu promovetur, sique mox pharmacon iterum e corpore ejicitur, ei addendum præcipiunt medici opium sc. quartam grani partem, singulis corticis præbiis pro adultis. In hoc casu, ait *Sydenham*, oportet, ut laudanum cum eo, cortice sc. exhibeat, quominus hanc operationem, tam suæ naturæ, quam modo plane contrario ciere valeat, neque pulvis justo citius per alvum expulsus disperdatur, antequam suo fungeretur munere. 1) In hoc itaque casu, laudani gt. X. vino instillare licet, & post alternam pulveris dosin sumatur, modo diarrhoea persistet. Memini patrem ægrotam habuisse, quæ a singulis corticis dosibus quater aut quinques alvum deponebat, eidem succurrit alternatim exhibendo omni bihorio corticis dosin, nunc cum, nunc sine opio. Ita plane etiam *Werlhof*, diarrhoeas, quæ, ubi febris nondum superata penitus est, haud raro se associant, & dummodo excedunt, felicem remedii effectum impediunt, moderari expeditum est, inquit, addito, singulis vel alternis corticis dosibus, levi anodynō v. c. laudani liquidi Syd. gt. iiiij. IV. vel pluribus, si soporis non urget metus.

D

§. XL.

1) *Epist. respons. I.*



§. XLI.

Tam contraria censetur alvi immodica dejectio cortici, ut & plurimis Medicis, *Sydenhamo*, *de Gorter*, aliisque, purgationes immo & enemata simplicissima, post febrem corticis ope abstam damnentur, ne febris recidivet & in morbum ipsum denuo ægri incident, quod & experientia comprobavit in his, qui medico inconsulto catharticum assumpsere ut corticem expurgarent, damnum, nescio quale, hoc in corpore restitante metentes.

§. XLII.

Maxime etiam præterea opium valere cortici junctum in illis casibus putat *Tralles* 1) ubi febris sine omni materia, a solo animi pathemate, veluti terrore vel nausea exorta est, nullo viatio in humoribus existente, sed sola motuum anomalia peccante: nihil hic prodesse evacuantium, omniumque amarorum & salinorum exhibitionem, nulli bono paroxysmorum iteratus redditus in ægris cætero bene valentibus sibi permittendos esse, dum solum motuum vitium subest, luculento exemplo illustrare haud dubitat, sed in similibus statim exhibendum corticem, parum laudani unicuique præbio addendum vult.

§. XLIII.

Licet §§bus præcedentibus purgantium & alvi ductionis damnum, tempore quo cortex exhibetur, abunde satis ostenderimus, haud novum tamen est, aut prorsus noxium ex *Meadii* 2) sententia, lene aliquod catharticum, rheum puta, vel arcanum duplicatum, cremorem tartari specifico febrifugo adjungere, ea sc. ratione, ut alvus semel vel bis quotidie laxa servetur, & ab excrementis superfluis liberetur in iis præsertim qui ventrem habent immorigerum. Tali modo præparatus cortex raro vel nunquam frustra datur, observavitque vix laudatus author, quod depulso hac medendi methodo morbo, iterati in eundem lapsus, minor

sem-

1) *De us. op. salubr. & nox.*2) *Monit. & præcept. med.*

temper sit metus. Hanc methodum practieis s̄apissime successisse certum est.

§. XLIV.

Vi stiptica & adstringente putant quidam, corticem febres specificē curare, verum de falsitate opinionis facile convinci possunt, dum fortiora adstringentia nihil prosunt. Ob eandem vim adstrictoriam blandissimam quidem, rejicitur cortex ab aliis, qui forsitan gallas querunt, alumen &c. in usum vocare haud hæfiant: adeo pugnantia admittit subinde humana parum exulta ratio.

§. XLV.

Stipticitatem nīmiam præterea minus aptam esse febribus curandis, vel exinde solum patere potest, quod corticem impense stipticum rejiciat *Werlhof*, improbet *Hoffmannus* 1) pariter adstringentium in cuiuscunq; etiam generis febribus usum, minime tamen concedit chinæ corticem cum judicio, habita naturalium & circumstantiarum ratione, debito ordine ac tempore oblatum, talem præstare effectum, sed potius ad promovandas excretiones, ipsamque perspirationem liberiorem reddendam eundem aptissimum esse remedium asserere non dubitat. Errant autem fallunturque ii, qui a sola facultate adstringente febrifugum corticis effectum deducere satagunt, dum plura continent principia ad febres sanandas proficia, quæ vero vel plane nunquam in ullo alio medicamento reperiuntur. At vero simul adstrictoria sua vi alvinam evacuationem interdum suppri mendo multum nocet, ut tum quidem non modo materia febribus retineatur, sed & dolores tensivi & anxietates circa præcordia augeantur, quare tutius addit, & omnino consultius est, hoc medicamen vel plane omittere, vel non prius admittere, quam præmissis, quæ crassos, viscidos & tenaces humores attenuandi, incidendi & per alvum evacuandi facultate possint.

D 2

§. XLVI.

1) *Opuscul. med. præg. Dec. II.*



§. XLVI.

Arridet autem opinio illorum, qui statuunt corticem specificē agere, dum vires suas immediate exercet in nervos stomachicos, inde persuasi, quod cito nimis, sc. ad assumptionem aliquot dosum, certo certius febris depellitur, vel saltem pro tempore supprimitur, eodemque fere modo, ac opium, in stomacho adhuc retentum, dolores subinde sopit & latam inducit anesthesian. Vis autem corticis nervina, neminem latere potest, sive experientiam sive autoritatem consulat. Nuper laudatus Hoffmannus statuit, febrem nihil aliud esse quam affectus & effectus systematis nervosi, præter naturam affecti, omniaque in febribus comparentia symptomata, ex systemate nervoso graviter lasso deducit; indeque concludit, salubrem & spectatam esse corticis chinæ virtutem, ut roborando solidorum tonum, circulum sanguinis, excretiones, maximeque insensibilem, per cutis spiracula egregie promoveat: in quo inquit, si non præcipuum, certe non minimum intermitentes curandi repositum est momentum. In hoc ergo consistit vis corticis specifica, qua tuto, certo, utroque sexui, singulis speciebus intermittentium ex quacunque natis causa, in quacunque humorum dyscrasia, pro varia authorum hypothesi, obortis, medetur.

§. XLVII.

Vim corticis nervinam quidam intendere volunt inito amico cum marte connubio, quamvis ultimus per se impar sit febribus sanandis. Post quatuor aut quinque paroxysmos chalybeata, maximo cum successu, addi posse ait Huxham¹⁾). Alibi eidem scopo commendat quotidianum, aquæ spadanæ vel pitmontanæ, usum; martialium aquarum potu, haud difficillime sanari febres intermitentes & ab aliis traditur.

§. XLVIII.

Oggeritur forsitan contra vim corticis specificam, tum quod aliquando post ejus usum sequantur quadam incommoda, infla-

¹⁾ Sandifort Thesaur. Dissert. V.I.

tio sc. & tumor pedum oedematosus, cutisque flavedo. Tum quod non raro & quidem satis cito interdum febris recidivare soleat, quod utrumque negari non potest, sed hoc minime cortici tribendum, nam ad prius quod attinet, talia & febres sponte vel sine cortice sanatas sequi, clinici testantur fere omnes, vidi autem & hæc ipsa, ipso curata cortice. *Boerhave* nobilem quandam septuagenarium a nimio emulsionis ex papavere parata potu asciticum factum, corticis usu, pristinæ iterum restituit sanitati. Ante paucos menses mulier hydropica corticis ope, cremore tartari maritati, roborando & pariter diuresin movendo optime restituta fuit. Demum adde, similia nasci posse a cortice male administrato, dari enim quædam requisita minime contempnenda, ad aptum corticis usum, mox dicetur. Ad alterum quod spectat, imputandum potius *imo* constitutioni epidemicæ & naturæ febris peculiari, qualis vere prægresso grassabatur *Hafniæ*. 2do Remedii neglectui ejusque citæ rejectioni, monuerat enim jam olim *Sydenhamus*, quod fugatis per corticem paroxysmis, necesse sit, ut ejus usus per aliquod continuetur tempus, ne febris brevi recidivet. 3to Cathartico statim ab ejus usu (§. XLI.) assumpto. 4to Inefficacia tandem corticis pejoris notæ, ut qui forsitan in montium crescit cacumine, si Cartheusero i) fides, vel alterati quoconque alio cortice, succo aloës tincto.

§. XLIX.

Corticis adulteratio nunc dierum patet præcipue ex eo, quod *Torti* & *vo* parva admodum dosi, drachmis puta duabus ad summum febris accessus supprimebatur, & universæ quantitas unciae unius pondere continebatur, quæ trium hebdomadarum spatio consumebatur: sed jam adminimum uncia requiritur integra ad proximum paroxysmum avertendum, & ultra quatuor non raro ad integrum & perfectam sanitatem. Præterea notum est, a quibusdam loco corticis genuini exhiberi corticem cascarillæ, quam chinam vocant spuriam, quæque vero in febribus profligandis virtute longissime inferior est. Ne lateant igitur me-

D 3

dicum

i) *Fundam. mat. med.*



dicum bonitatis notæ, sit genuini corticis chinæ facies exterior scabra, aspera, atque fusca, pallidis hinc inde punctis maculata, colore cinamonum referat, sapor sit leniter nec ingrate amarus, facile dentibus friabilis, non ligneus nec vetustate iners.

§. L.

De methodo corticem exhibendi sive in substantia, pulveris vel electuarii forma, sive in decocto aut infuso rarius quamvis, tum quoque de dosi generali aut speciali nihil est quod dicam, cum nunc dierum innotescat omnibus. Monendum tamen, dari idiosyncrasias peculiares corticem in substantia non ferentes, qualis erat theologi cujusdam venerandi, qui singulis fere annis tempore verno tertiana affectus, corticem non nisi in infuso se-rebat vinoso. Alii ex præjudicio corticem assumere nolunt, inde videntur extitisse varia febrisfuga composita, uti sunt pulveres Mortoni, Meadii, de Haën, Hoffmanni, Trilleri, Lanzoni, Nigrisoli, Senac, Tozzi, Klaunigii, Sagari &c. tum electuaria Hoffmanni, Trilleri, Nigrisoli, Pharmacopœi Genuensis, Senac, &c. Trochisci Heurnii, vina Hoffmanni, Tissoti & arcum Talbotianum, quorum tamen plurima basin agnoscunt corticem, cæterum cortex simplex & in substantia, cæteris omnibus præfrendus.

§. LI.

Natura & vehementia febris poscit corticem in substantia, quam sæpe, ut paulo ante dictum, delicioris palati æger respuit, tali, prioribus paroxysmis sopiti, decoctum saturatum dandum vel ejus extractum in aqua stillatitia solutum.

§. LII.

Quod ad exhibitionis tempus attinet, omnes clinici experientia edocti, atque alienis periculis cauti, in apyrexia propinquant corticem, ita ut sub principio hujus, usum inchoent illius, desistantque ab eodem, dum tempus paroxysmi futuri imminet, ne tunc aut frustra aut cum periculo etiam agant.

§. LIII.



§. LIII.

Monita quædam necessaria adhuc addenda videntur circa corticis usum. Curandum enim ante omnia, monente *Sydenhamo*, ne præmature nimis ingeratur cortex, antequam suo morbus se marte aliquantis per protriverit, nisi collabescentes & jam fractæ ægræ vires eundem citius sumendum esse dictaverint. Vidi sèpius inquit van *Swieten*, in ægris qui tertianis autumnalibus epidemice grassantibus & pertinacissimis ægrotabant, & imprudenti consilio, cortice peruviano febrim suppresserant, antequam per febrim materia febrilis plerumque in his casibus circa præcordia hærens, expedita fuerat, omnia incassum tentata fuisse, miserisque levi ictero defœdatos tota languisse hieme, donec mense februario tertiana corriperentur verna, quæ paucis paroxysmis solvebat hærentem in visceribus faburram & per alvum specie liquaminis nigri tenacis & olidissimi expellebat, felici plerumque cum eventu; maximi momenti ergo est hæc regula de cortice non propinando, nisi morbus jam aliquo duraverit tempore.

§. LIV.

Neque ignotum est, dari quasdam febres depuratorias sic dictas, quæ corpus ad sanitatem & longævitatem disponunt, & a morbis habitualibus liberant. In hisce periculum effet maximum, febrem remedium remedio tollere specifico. A convulsionibus liberari illos, qui quartana corripiuntur dixit *Hippocrates* ⁱ⁾ & novimus inquit *Galenus*, morbos comitiales fuisse a quartana diu infestante discussos. Cephaleam per annos afflagentem, periodice recurrentem, cessasse toto illo tempore, quo quartana tenebatur aeger, observavit van *Swieten*. Dolorem inveteratum humeri dextri, in homine, pariter vidit evanuisse, dum quartana febris illum corripiebat, cuius per sex menses durantis pertæsus corticem sumit peruvianum, tali cum effectu, ut quartana abiisset quidem, sed rediret humeri dolor. Post mensem
redit

i) *Aphorismata*.



rediit quartana, quam patienter ferens, donec sensim sponte de-
cederet, a molesto illo dolore postea immunis vixit. Palpitati-
ones cordis violentissimas, incognitum toties, quoad suas causas
malum, nec minus ad quævis sâpe remedia rebelle, sanavit
quartana, in celeberrimo mathematico de la *Hire*, qui postea sa-
nus ad septuagesimum octavum annum vixit, suo confirmans
exemplo, ut cel. habet author, quartanam & ab inveteratis ma-
lis liberare & ad longævitatem disponere. Rheumaticos, scabio-
sos, podagricos affectus, febri intermittente sublatos, exemplis &
propria experientia petitis, confirmare liceret, ait *Senac*. Hinc
patet, quam infelici eventu quandoque hæ supprimuntur febres,
quæ secus in summum aegrorum, ad graves morbos disposito-
rum emolumentum cessuræ essent. Pathemata hypochondriaca
nulli medicinæ cedentia, quartana & tertiana evanuisse vidit
Hoffmannus. Paralysin Brachii ac manus intermittente ex toto
feliciter sustuli, testat *Krzowitz*.

§. LV.

Febres vernales præterea non tam cito poscunt corticem,
quam autumnales, & nunquam ante quam post quatuor aut
quinque, ad minimum, paroxysmos exhiberi conductit. Ab ejus-
dem usu intempestivo vidit *Torti* rheumatismum, epilepsiam,
convulsiones, Pater raucitatem annuam, dum ab ægro moroso,
parumque morigero, cortex, invito medico, cito nimis sume-
batur.

§. LVI.

Corticis usui dein opponitur, ut quibusdam visum, inflam-
matio interna, hanc vero non prohibere ejus usum contra *Torti*,
Baerhave, *van Swieten*, afferit *C. Medicus*. 1) Sed ut melius in-
flammationi obicem ponatur, cortici nitrum addendum putat:
nec est quod dubitemus, experientia docente, si febris ex inter-
mittentium aut remittentium genere est, quamvis comitem ei-
dem se adjungat inflammatio, corticem minime nocere sed
profici.

1) Sammlungen und Beobachtungen.

proficuum quam maxime esse, non vero in hisce inflammationibus prothopaticis, quæ continuam & acutissimam comitem habent febrem.

§. LVII.

Ab aliis abscessus aliqua in corporis parte hærens pro contraindicante habetur. At corticem chinæ saluberrimum esse remedium illarum febrium, quæ internas suppurationes, ut pulmonis, hepatis, uteri, renum, aliorumque viscerum comitantur, eo quod humorum corruptioni a resorbto acri nascenti medeatitur cortex, pus pro ichore aut sanie bonum conficiat, vires refocillet ægrotantis & morbum, sic aut diuturniore tempore, tolerabiliorem reddat, aut fortunatori casu integre cūret. Legitur apud de Haen 1) „cæterum non erubesco cum Mortone fateri, si mea quid ponderis habent verba, me nonnunquam observasse corticem æque certo & perpetuo in febri phthisica amphymerina, scopum attigisse suum..”

§. LVIII.

Corticis præstantia eo magis commendabilis habetur, quod si indicatur, omni sexui, aetati, temperamento, aptum sit medicamen: gravidis, puerperis, & menstruas purgationes patientibus tuto datur, etenim non suppressit has evacuationes, nec sistit ante tempus.

§. LIX.

Non tantum in perfecte intermittentibus, sed & remittentibus vel & larvatis, quæ sub specifico symptomate periodice revertente se produnt, sive cum pyrexia sive apyrexia unicum & tutissimum remedium est cortex. Quo autem vehementius fuerit illud symptomata, metumque majorem de interitu ægrotantis minitans, dum sc. caput obrepit, apoplexia, comate nempe, vel cor syncope aut simile quid, eo citius & absque ulla mora & quidem post secundum accessum, statim cortex porrigidus.

E

§. LX.

1) Rat. medend. P. XI.



§. LX.

Non tantum vero interne, sed & externe non raro hic fert cortex opem: etenim qui corticem ore assumere pertinacissime respuunt, curari possunt per enemata ex ejus decocto, pueris tamen citius solet opem ferre quam adultis. Hac methodo *Bagliivius* puerum curavit quinquennem; a *Torti* quoque commentata habentur. *Sydenham* clysteris beneficio per triduum quadratumve in apyrexia exhibiti tertianas vernales a se nonnunquam curatas fuisse narrat, quod etiam præcipue in tenera ætate, suis experienciis compertum habent *Werlhof* & Pater.

§. LXI.

Methodum corticis peruviani in clysmate ægris administrandi tradit *Krzowitius*. sc. imo intestina uno alterove clysmate ex melle cum sale genuino vel simili prius eluantur, quam cortex iniciatur, ne foeces ibidem hærentes obstent, quominus hoc retineri & resorberi queat. 2do dosis corticis in enemate sit tripla vel major, quam quæ ore ingerenda foret, imprimis si hæc enemata non debito tempore ab ægris retinentur. Atio quantitas enematis ne excedat pondus vel mensuram unciarum quinque aut sex in adultis. Unciae unius vel alterius in junioribus, ne mole sua alvum moveant. Tribus monitis quartum addendum non inepte puto, sc. quod ter ad minimum de die tale iniciatur clyisma febrifugum; laxans vero semel alternis diebus sufficiat.

§. LXII.

Cataplasmata & epithemata e cortice paranda abdomini applicanda pro infantibus laudat *Rosenstein*, & olim varia epithemata variis corporis locis adhibebantur a certis tunc dierum pro efficacioribus febrifugis habitis, ut per inhalantes cutis venas remediiorum vis nervos attingens, eorum systemati mutationem induceret & venis resorpta & ad humorum massam delata internorum medicamentorum vice fungeretur: in tenellis saltē & delicatulis & licet ut plurimum talia epithemata, internis præcipue

pue omissionis, frustra usurpentur, plura dari tamen exempla febri-
um intermittentium per hæc curatorum testatur van Swieten.

§. LXIII.

Pertinent hunc epicarpia ex rebus acribus, allio puta, cam-
phora, cantharidibus, erigerò seu senecione, lardo muriatico,
ranunculis, sinapi semine, & similibus ad carpos manuum ut
plurimum, nec raro ad plantas pedum, poplites, axillas, cardiam,
spinam dorsi, epigastrium &c. eidem intentioni adhibita. Te-
merarium hoc genus esse remedii, si ex virulentis præcipue, mo-
net *Forefus*, & sane si diutius in eadem corporis plaga finantur,
periculosum, cum rodeendo ipsos nervos tendinesque affecisse,
plures ingenti suo damno experti essent.

§. LXIV.

Balnea demum ex cortice parata commendat *Alexander* ¹⁾
sed nimia requiritur specifici quantitas, & prætiosum admodum
evaderet remedium a dictioribus vix obtainendum. Facilius vero
impetranda forent simplicia, sive calida sive frigida jam a *Celso*
in usum vocata, dein ad ejus exemplum ab aliis usurpata. Fri-
gida vero Balnea, si prudenti cum judicio adhibeantur, monen-
te *Krzowitz*, longe plus efficaciaz quam calida exserunt, dum
contra imprudenter iisdem usi, nonnulli temeritatis poenas lu-
erunt: „perquam notum est, pergit, homines e frigido balneo
egressos, calidoque in lecto repositos potenter sudare, unde si
aliquo tempore ante imminentem invasionem æger frigidæ im-
mersus, deinde lecto componatur tepido, sudore oborto motus
febriles elidet., Roborando etiam valere possunt balnea frigida,
atqui nostri ævi homines non adeo facile huic remedii generi se
submittere volunt, nec dum cortice gaudemus, sane opus est.

§. LXV.

Frictiones spinæ dorsi quoque non infimum obtainent lo-
cum in febribus domandis, tum quia inde sudor movetur sàpe,

E 2

tum

¹⁾ *Medical Essays and experiments.*



tum quia sistema rōborant nervorum, dum ad nervorum origines instituuntur, pulchrum sāpe successum tales spinæ dorsi frictiones, pannis laneis calidis una vel altera hora ante futurum paroxysmum, & dein penetrabili aromatico alimento inunctionem ante focum, in hisce febribus curandis inquit van Swieten: easdem summo cum successu in quartanis rebellibus instituisse testatur de Haēn. Ex multa vero observatione elucescit magis, frictionum in febrium intermittentium curatione utilitas, quam ex illa ab Ant. Stoerkio relata, ubi febris ad ipsum corticem copiose propinatum, rebellis, solis frictionibus ante paroxysmum institutis, indeque sudore excitato cesit 1). Frictione mercuriali febris, ipsa quidem quartana, si a venereo miasmate ortum habet, una cum lue tollitur, teste de Haēn. 2) Cæterum ex oleis nervinis stillatitiis & camphora talia parantur linimenta antipyretica.

§. LXVI.

Tandem, ut cum remediis externis simulque cum febrium therapeia finiam, & electricitas a Krzowitz indicata recensenda, quæ quam maxime auxiliari videtur, dum systemati nervoso mutationem inducit, quod ex peractis illius ope, in paralysi, aliisque nervorum morbis, curationibus appetet.

T A N T U M.

1) Annus med. II.

2) Rat. medend. P. XI.



NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO
DOMINO DOCTORANDO

S. P. D.

P R A E S E S.

Haud adeo insolita deprehenduntur exempla Candidatorum,
qui in rubro Disputationum Inauguralium se Authores
profidentur, licet parum vel nihil ad elaborationem harundem
contuleriut. Te quod concernit, propitia veritate hisce profi-
teor, praesens Specimen Inaugurale Tuum proprio Marte con-
scriptum mihi prius a Te traditum esse perlustrandum & cen-
sendum, quam Typographo committatur. Immutatum hoc Ti-
bi reddidi, ut Lector eo magis habeat exploratum, quos in ar-
te sic dicta salutari feceris profectus. Me, quod concernit,
laudo Tuam in concinnando illo adhibitam industriam, & licet
nec nova, nec singularia prorsus exposueris, tamen abunde
declarasti, quomodo in Medicorum assertis examinandis, di-
judicando

*judicandis & explicandis versandum sit. Itaque Tibi bene
merenti summos in Medicina Honores ex animo gratulor, &
Reipublicæ utilissimos profectus Tuos atque labores futuros non
votis solum exopto, sed etiam plane conviclus certissime spero.*

Vale! Bützovii die 28. Junii Anno M. DCCLXXVII.



DOCTISSIMO
DOMINO DOCTORANDO
IVSTO ZADIG DE MEZA

S. P. D.

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN

SER. DVC. REGN. A CONSILIIS AVLAE, ORIENTALIS LITTERATVRÆ
PROFESSOR PVBL. ORDIN. ET BIBLIOTHECAE PRAEFECTYS
IN ALMA FRIDERICIANA BVTZOVENSI.




עמר ר' צורך על טעלת האולם ואמר אחינו ב"שמעו' הכל
לפי אורחין (וומה רג שבת קילג) ולהקם רכבי של צורך
הכהן גם אני לכבוד האורת הלו ה' האסיה מומחה
ח'ר צורך ר' טיזא בן הרופא המפורסם כמח'ר שלמה
נ'ו' הטיווח בשלהת יוחסין עד הל' לא מנעה פרי עטי
וירוי תיכון עמו לחייר עלו דברום ברום' מאירום' כספיוּן'
מפניים יקרים' ערוכים ושמורים' כי מיום היותו פה
מקום היישבה' תלמדו בירוו' וירבק לבו בשכל טוב וללא
פנה בשום חכמה נכירה' כי אם בחכמתא ר' אסותא
רעוריה ובחקירותה ספריו רפואה הו' מרנן יומם ולילו' על
כן יהא כאילן ונציב על טופי מוי' דאנביה מ בשל בערנינה
ואטרפי לא נתרו' וכל לבכלי רמכבל מגגר ומצלה
אמנם אני הקטן שבקטנים טעמי בקצת המתה מצוף רבשו
ומצחתיו חרוף ובקי בכל מינו לימוד בפלפול ובסבראה
ובכל לשונת מוצרכות לאסיה רבא ה' בלשונות רומי
ясפר

וכפרא וצפת חן בלשנות ראניא ואשכנו ואנגליא' וכפרט
העיר עליו החכם השלם אביר ברופאים היישש זוקן פמהור
דעתארדינג נרו שר' צרייך שאהברתי כנפשי' מוטחה גראול
בחכמת הרפואה וכל מינו חולאים מקרים ואוחותיהם סבותם
ואחריותם ותרופתם הפליא להתבונן ולדבר דיבור על אופניו
על סברות גאלינו ואבן סיינא ראשונים ואחרונים וכל רה
ברפואה לא אין לוי' וכרם חכמת הרפואה אשר עד ביארת
אבי רבן של רופאים בכל הפוצות ישראל כסו פניו חולוים'
כתיקף וגכורה כמשה אביון בן עשה בן זה היחיד ברונו
וועזקהו ויסלקחו וויתעהו שוק הלא היה כתובה על
ספר דבריו הומים' וגם חיבר והעתיק אותה ספרים טלאים'
חכמה ואמרי שפר' על זאת ררכחי את קשתי להוויל כראל
אמרתי ולפראום שבחו של צרייך כי אל אחד בראנן ובב
אחד רכולנו וזה' בעתו וברצונו הטוב קההך לאחר לעם אותו
וכטים פנים אל פנים בן נפשו בנפש כל רופאים אחורי
חכמה וחיללה לעמוד בעצת חכמי שס האומרים שטוב
שברופאים לגיהנם (קידושין פ' ואל תקרו לגיהנם אלה
לגי הנעם לפ' ע') ואין להאריך כי כלתת הירעה ועד
חשי הסיפור לא אגיע' ועתה פוקו חזו מאן גברא רבא
רלביש מרא בוזא ותכלתא כאשר יסמן בסמיכת חכמים
בירושבה של מטה בן יסמכהו הקב'ה בסמיכת שכינהה
בישיבה של מעלה ויתן מציון ישועה ישראל בימינו במחורה
הלא כ' לכבוד התורה ומכבדיה תעומם יום ג' גראן סיון
תקלו' לפ'ק

הקי' טיכסן פראפעסור רוי מהיברא ביטזיא בטזינער
מעקל בורג יען









Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn885677870/phys_0050](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn885677870/phys_0050)

DFG





DOCTISSIMO
OMINO DOCTORANDO
TO ZADIG DE MEZA

S. P. D.

LAVS GERHARDVS TYCHSEN

REGN. A CONSILII AVLAE, ORIENTALIS LITTERATVRÆ
SOR PVBL. ORDIN. ET BIBLIOTHECAE PRAEFECTVS
IN ALMA FRIDERICIANA BVTZOVENSI.



עמר ר' צדוק על מעלה האולם ואמר אחינו ב"ש
לפי אורחין יומא ר' שכת קילג) ולהקימ רברוי
הכוהן גם אני לכבוד האורת הלו ה' האסיה
החר' צרייך ר' מיזא בן הרופא המפורסם כמה'ר
נרו' המיחס בששלחת ווהסין עד הלל' לא מנשי
וירוי תיקון עמו להעיר עלו' רברום ברום' מאירום
פפניים יקרים' ערוכים ושמורום' כי מיום' ו'
מקום היישבה' תלמודו בירוו' וירבק לבו בשכל
פנה בשום חכמה נכירה' כי אם בחכמתא ד'
רעותיה ובחקירותה ספריו רפואה הו' מרנן יומם
בן יהא כאילן דנציב על טופי מו' דאנביה מבש
זאטראפי לא נתירין וכל לבלבוי רמלכבל מגן
אמנם אני הקטן שבקטנים טעמי' בקצת המתה
ומצאתיהם חריף ובקי' בכל מני ליפור בפלפה'
ובכל לשונות מוצרכות לאסיה רבא ה' כל'